

τοσύνη (μάντις); μαχλοσύνη ω 30 (μάχλος p. H.); μεθημοσύνη (μεθήμων) cf. ἐφημοσύνη; μνημοσύνη Θ 181 (μνήμων); ξεινοσύνη φ 35 (ξείνος); ὁμοφροσύνη (ὁμόφρων); παλαιμοσύνη (πάλαισμα p. H.) Sumo substantivum παλαίμων, ονος, ad cuius formam proxime accedit nomen proprium Παλαίμων (luctator); πλαγκτοσύνη ο 343 (πλαγκτός); σαοφροσύνη (σαόφρων); συνημοσύνη X 261 (συνήμων p. H.); ταρβοσύνη (τάρβος) σ 342; τεκτοσύνη (τέκτων) ε 250; τοξοσύνη N 314 (τόξον); ὑποθημοσύνη (ὑποθήμων Hesych.); φιλοφροσύνη I 256 (φιλόφρων p. H.); χαλιφροσύνη (χαλίφρων) π 310.

De hoc substantivorum genere cf. Bopp. III, pag. 263 L. M. II, 541—544. Lobeck. Proleg. diss. IV cap. VI 'de nominibus in *συνος* et *σύνη* exeuntibus.' Buttm. II, § 119. 42. Comparantur haec qualitatis nomina cum substantivis sanscritis in *tvana* suffixum exeuntibus. Bopp. inter alia laudat: 'mahitvaná-m' magnitudo, quod derivatum est ab adiectivo 'mahi' magnus. — Notandum est ex his triginta et duobus nominibus non minus duodeviginti semel tantummodo apud Homerum legi atque in Odyssea tredecim eius generis ἄπαξ εἰρημένα exstare, in Iliade quinque. — Pleraque eorum nominum ab adiectivis tracta sunt: Decem ab adiectivis in *φρων* exeuntibus: ἀγανοφροσύνη, ἀεσιφροσ., ἀφροσ., δολοφροσ., ἐπιφροσ., εὐφροσ., ὁμοφροσ., σαοφροσ., φιλοφροσ., χαλιφροσ.; septem tracta sunt ab adiectivis in *μων* (*μονος*) exeuntibus: ἀρημοσύνη, ἐφημοσ., μεθημοσ., μνημοσ., παλαιμοσ., συνημοσ., ὑποθημοσύνη (cf. τεκτοσύνη); ab adiectivis in *ος* exeuntibus derivata sunt: δουλοσύνη, μαχλοσ., ξεινοσ., πλαγκτοσ.; derivata sunt a substantivis primae declinationis: δρηστοσύνη, κλεπτοσύνη; a substantivis secundae decl.: δαιτροσύνη; ἵπποσ., τοξοσ.; a substantivis tertiae decl. in *ος* suffixum exeuntibus: βριθοσύνη, γηθοσ., κερδοσ., ταρβοσ., quamquam explicare non possum, quomodo e βριθ-εσ-σύνη factum sit βριθοσύνη. Sed multo vehementius offendimus in vocabulo μαντοσύνη, quod praeter regulam a substantivo μάντις derivatum esse dicunt, quoniam ea nomina ante *σύνη* suffixum vocalem *ο* requirant. (cf. μάντης?).

XVI. Substantiva in *τη* aut *τή* exeuntia. (25) Priore loco pono **barytona**. (12) ἀπάτη, in dubio relinquo, num cum Buttmanno Lexil. I, 274 ad ἄπειν ἀπαφεῖν sit referendum; ἄτη = ἀφάτη, ἀφᾶν occaecare, decipere, pessumdare. cf. Buttm. Lex. I, 223; αὐτοκασιγνήτη * 137 cf. κασιγνήτη; δαίτη = δαί-τη (δαί-ω, δαίς δαιτ-ός); ἐλάτη, pinus, abies; ἤλακάτη L. M. II, 94 hoc vocabulum refert ad nomina in 'anta vel ata' suffixum exeuntia. De etymo huius vocabuli nihil constat, nam vix cuiquam a Lobeckio persuadebitur ἤλακάτη 'παρὰ τὸ εἰλεῖν' dictum esse, 'vel quod interdum pro ἄτρακτος usurpetur — fusus autem ἐλίσσειται — vel quia lana ei circumvolvatur.' Path. Prol. p. 370; κασιγνήτη cf. κασί-γνη-τος. ὁ κάσις frater, ἡ κάσις (Eurip.) 'germana soror'; κίστη cista ζ 76; κοίτη τ 341 (κεῖ-μαι); οὐλόχυ-ται (οὐλαί, χέω) apud Homerum semper per accusativum casum legitur atque ita quidem, ut genus non possit agnosci. cf. Lobeck. Paral. p. 456; περάτη = ἡ πέραν γῆς terra ulterior; χαίτη 'passi capilli'. In *χα* vel *χαφ* radice videtur notio quoque relaxandi fuisse, id quod probatur vocabulo χαῦνος, ut χαίτη significet comam non compositam sed passam et defluentem.

Altero loco pono **oxytona**. (13) ἀκ-τή (ἀγ-νυμι) videtur ab initio adiectivum verbale fuisse, ἀκτῆ scil. κριθῆ hordeum molis fractum, mola; ἀκ-τή (litus praeruptum) ductum est ab ἀγ-νυμι, quemadmodum ῥηγ-μῖν ab ῥήγ-νυμι. cf. ἀγ-μός. Eurip.; ἀρ-ε-τή (rad. ἀρ, cf. ἀρι-, ἀρ-έ-σκω) medio nostrae linguae aevo eadem significatione usurpatur 'vuoge' (vüegen), quae notio propria est radici ἀρ-; G. Curtius II, 300 ε vocalem per ἀνάπτουξιν interpositam esse censet, L. M. II, 94. 325 ἀρετή inter nomina in anta suffixum exeuntia refert, id quod mihi non persuasum est; ἀϋ-τή (ἀϋω, clamo) clamor; βιο-τή δ 565 (βιό-ω) cf. βιο-τος; βρον-τή (βρέμ-ω, βρόμος, frem-i-tus); γεν-ε-τή (rad. γεν.) ε vocalis inter radicem et suffixum